

# SCRIPTA

---

**Numéro Scripta :** 6785

**Autre(s) référence(s) :** Round 1408

**Auteur(s) :** Henri II Plantagenêt, Angleterre (roi)

**Bénéficiaire(s) :** Lisors, Notre-Dame de Mortemer (abbaye, abbé)

**Genre d'acte :** charte

**Authenticité :** non suspect

**Datation :** [1156-1159]

**Lieu d'émission :** Bayeux

**Action juridique :** confirmation

**Langue du texte :** latin

## Analyse

Confirmation des biens de l'abbaye de Mortemer, fondée par l'impératrice Mathilde.

## Tableau de la tradition

### Éditions principales

a. Berger Élie, Delisle Léopold, *Recueil des actes de Henri II, roi d'Angleterre et duc de Normandie concernant les provinces françaises et les affaires de France*, Paris, Imprimerie Nationale (Chartes et diplômes relatifs à l'histoire de France), 1916-1927, 3 vol., n° CI, t. 1, p. 206-207.

### Indications

Round John-Horace, *Calendar of Documents Preserved in France, Illustrative of the History of Great Britain and Ireland*, 918-1206, Londres, Her Majesty's Stationary Office, 1899, n° 1408.

## Dissertation critique

« Souscription de Robert du Neubourg, mort en août 1159 » : datation proposée par DELISLE/BERGER.

Texte établi d'après a

H., rex Anglorum, et dux Normannie (sic) et Aquit., et comes Andegavensis, archiepiscopo Rothomagensi et omnibus episcopis Normannie, abbatibus, comitibus, vicecomitibus, justiciis, ministris, baronibus et omnibus fidelibus suis, salutem.

Sciatis dominam matrem meam M. imperatricem, Henrici regis filiam, et me fundasse abbatiam Mortui Maris de ordine Cisterciensi in honore Sancte Dei genitricis semperque virginis Marie, pro anima predicti regis Henrici avi mei, qui ejusdem abbacie primus fundator extitit, et pro anima Gaufridi comitis Andegav[orum], patris mei, et aliorum parentum et antecessorum nostrorum, et pro salute nostra et heredum nostrorum, et pro stabilitate et pace regni Anglie. Et huic abbacie et monachis in ea Deo servientibus confirmamus quecumque tam ex nostra quam ex antecessorum nostrorum donatione possident in ipsa valle Mortui Maris, et circa ipsam vallem, et in Landa de Belfuissel, et apud Bosquentin, omnes terras istas ad libitum suum excolendas. Preterea, ad luminaria ecclesie, concedimus eis omnia vasa apum quecumque fratres eorum invenire poterunt per totam forestam meam de Leons, pasturas etiam suas et pasnagia, omnesque aientias suas in omnibus sibi necessarias, tam edificiiis suis agendis

quam ceteris actionibus suis, per totam eandem forestam, libere et quiete in perpetuum. Concedimus etiam eis et in perpetuum confirmamus libertatem et quietanciam a theloneo et passagio et omnibus consuetudinibus in omni loco potestatis nostre, tam in terris quam in aqua, de omnibus rebus quas emerint vel vendiderint vel deportare fecerint ad proprium opus suum. Concedimus etiam eis in perpetuum elemosinam, ad eos suscipiendum et hospitandum, et ad eorum agenda negocia, Acardum super Renellam, tam ipsum quam heredes ipsius, et domum suam cum omnibus pertinentiis suis, et omnia que sua sunt, in perpetuum, libera et quieta ab omnibus consuetudinibus, auxiliis, querelis et exactionibus, in aqua et in terra. Preterea concedimus eis et confirmamus quecumque ex aliorum justa possident donatione, Rollum scilicet, Bremuliam, Mesengeriam et Pomeriam, cum omnibus pertinentiis suis. Volo itaque ut hec omnia predicta habeant et in elemosinam perpetuam teneant in pace et libere et quiete et integre et honorifice. Et precipio super forisfacturam meam ne quis super his aut super ulla re que eis a me collata fuerit aut concessa eos inquietare vel quamcumque molestiam eis inferre presumat, quia tam ipsos quam que ipsorum sunt in manu mea retinui, et in mea defensione illos habeo et semper habere volo, nec portare ullatenus possem si quis eos vel bona ipsorum vexaret, turbaret seu quocumque modo minueret, aut libertates a me concessas interdiceret.

Testibus : Arnulfo episcopo Lexoviensi, Philippo episcopo Baiocensi, Rothrodo episcopo Ebroicensi, Roberto de Novo Burgo, Willelmo Filio Haimonis.

Apud Baiocas.